

datio, ipsâ memoriâ cum sociis sensuum reliquis, & quicquid vitale est, unâ perituris ruinâ. Dictis fidem procul dubio commodat, index animi, vultus, quem taliter affectum credo, qualiter iis solet esse, qui extrema patiuntur. Si autem fortè opinione meâ erectior videri cuiquam possit, credite mihi, non aliud hoc robur est, quàm illud, quod sæpius ementitur Natura, si quando ultimum Homo cum seipso meditatur divortium, unô scilicet impetu, quicquid vitalioris superest auræ, violentiùs effundendo, aliàs quoque non diu suffecturum. Tantæ autem consternationis argumentum ignorare nemo debet, nec poterit quisquam, vel me tacente, nisi qui Patriam, qui Academiam nescit, & me Patriæ Civem,